Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

mensis. lxx rubigine transtulerunt. cui uniq; rubigo. i. erisiphe ap
pellat. ut ipsi quoq; dixerunt in ypheta. iohel reliquias bruci come
dit rubigo. i. asil. Mensis aut bodes dicit. Denique aquila nominia. kal
interpretatus est simmachus et theodotionis mensis. et est sensus. Per
singulos menses hostis adueniet. et cuncta uastabit. Legamus regu
m paralippomenon libros et inueniemus sub rege phacee qui regna
bat in decem tribus. uenisse thaglath phalassar regem assyriorum et ma
gna parte populi samarie in assyrios transtulisse. Quo tempore apud
grecos sedes annus prime olimpiadis fuit. et apud latinos nec dum
roma condita. albe uicesimo anno ammulius imperabat. quem postea
romulus regno pepulit. Heretici suspicant quod in sacrificiorum multitu
dine placent dm. et ecclastici quod demosinis redimant peccata. in quo
manent. cum omne sacrificium pecunia scelera deleat non presentia. Ideo
non inueniunt dnm. quia auferitur a talibus et peculi recedit. Isti u
piuaricati sunt. in dnm. et alienos filios non xpo sed diabolo pertarunt
Ideo omni tempore maledicta sunt opera eorum. et cunctis que faci
unt cruenti coloris rubigo copulatur quia sanguini et interfectioni
proxima sunt. Rubigo autem proprie descendere dicitur in rore nocturno. Lauen
tia in spinis frumenta maculare colore minii ut senopidi. Sed con
grue iuxta anagogen uastant cleros hereticorum. de quibus dicit: cleri
eorum non proderunt eis. Explicit liber primus. Incipit liber secundus

VI Sepe nauigat aliquando patitur tempestatem qui
uia frequenter ingredit aut sustinet latronum impetus
aut certe metuit. omniq; in arte tam quam gla obtrectatio
secundis aduersisq; uentis oritur. dum aut amica plus merito
laudant aut inimica plus iusto detrahunt. rarumq; in uenias
qui in utraq; parte non fauore aut odio. sed rerum equalitate
ducatur quod in scripturarum explanatione sudantibus uideo. Alii
enim quasi parua contemnunt. et quicquid dixerimus contracto
nare despiciunt. alii odio nominis mei. non res sed psonas conside
rant. magisq; aliorum silentium quam nrm studium probant. Sunt
qui audacter nos facere asserant quod arripuimus opus quod nullus
ante nos latinorum tentare ausus est. Quidam in eo se disertos ar
bitrantur et doctos. si alieno operi detrahant. et non quod ipsi possint
sed quod nos non possimus diiudicent. Tu autem pammachi qui nos
hoc facere precepisti necesse est. ut fautor sis imperio tuo et